Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

seculorum tempore. ℣ Trinitati lux perennis unitati sit decus perpetim. In perenni.

Qui filius dei sine carnis natiuitate natus est. deum uerum confitemur conceptum. et deum uerum natum. eundem uerum deum. et uerum hominem unum ihesum christum. unum filium dei unigenitum proprium et perfectum in duabus naturis. in unius personę singularitate inpassibilem et passibilem. mortalem atque inmortalem. cruci fixum ex infirmitate nostra. eundemque semper uiuentem in uirtute sua.

℟ Tibi laus tibi glo ria tibi gratia rum actio in secula sempiterna o beata trinitas. ℣ Et benedictum nomen glorie tue quod est sanctum et laudabile et super exaltatum. In secula. Gloria patri. Ad cant. a. Ex quo omnia per quem omnia in quo omnia ipsi gloria in secula. Domine miserere. ℣ Benedictus es domine in firmamento celi. Et laudabilis. Secundum Iohannem. In illo tempore. Erat homo ex phariseis nichodemus nomine. princeps iudeorum. Et reliqua. Omelia lectionis eiusdem.

Cum diuersis signis ac uirtutibus dominus et saluator noster diuinitatis sue potentiam declararet. uenit ad eum nichodemus princeps iudeorum tempore noctis. et dixit ad eum. Scimus quia a deo uenisti magister. Nemo potest hec signa facere que tu facis. nisi fuerit deus cum eo. ℟ A solis ortu et occasu laudabile nomen domini. ℣ Excelsus super omnes gentes dominus et super celos gloria eius. Laudabile.

Nichodemus ille princeps iudeorum desiderabat quidem ad dominum uenire. sed iudeos timebat offendere. et ideo ad dominum uenit non in die sed in nocte. quia tenebatur adhuc in noctis ignorantia infidelitate iudeorum. Nec dum enim cor eius sol iusticie christus illuxerat. quia necdum lumen ueritatis agnouerat. ℟ Benedicamus patrem et filium cum sancto spiritu laude mus et super exal temus e um in secula. ℣ Benedictus es domine in firmamento celi et laudabilis et gloriosus. In secula.

Unde illud domini in euangelio dictum est. qui ambulat per diem non offendit. qui autem ambulat per noctem offendit. quia lumen mundi non est in eo. Per diem semper ambulat. qui christum sequitur lumen eternum. Hunc non impedit noctis aduentus. quia semper in corde eius lumen est ueritatis. Qui uero christum lumen uerum ignorat. etiamsi per diem ambulet semper in nocte est. ℟ Te deum patrem ingenitum te filium unigenitum te spiritum sanctum paraclytum sanctam et indiuiduam trinitatem toto corde et ore confitemur laudamus atque benedicimus tibi glo ria in se cula. ℣ Quoniam magnus es tu et faciens mirabilia tu es deus solus. Tibi.

Quia ergo nichodemus tenebatur ad